



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Caput CXLVI. De Desolatione castri Spittenberg in secunda Apostosia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAPUT CXLVI.

De

*Desolatione castri Spittenberg in se-
cunda Apostasia.*

IN terra Pomesania fuit quoddam castrum dictum Spittenberg, in quo fratres habitabant: Sed cum in secunda Apostasia totiens à Pruthenis vexarentur, nec possent eis à modo resistere, propter defectum necessariorum, combusto castro cum suis armigeris recesserunt, & sic adhuc remanet desolatum.

CAP. CXLVII.

De

*Bello terræ Colmensis in secunda Apo-
stasia, & primo de fratre Heydenrico Col-
mensi Episcopo.*

FRater Heydenricus (a) Ordinis Prædicatorum fuit infra secundam apostasiam Episcopus Colmensis. De quo indubitanter refertur, quod Beata Virgo Maria cuidam pauperi viro apparuit, dans ei literam dicto Episcopo deferendam, quam literam dum Episcopus legeret, invenit totam vitam suam in ea descriptum & additum, quod Christiani in terra Prussiae deberent à Pruthenis vexari adhuc multis tribulationibus & pressuris.

ANIMADVERSIO.

(a) Fratris Heydenrici honorab. Ord. Prædic. Colmensis Episcopi, fit mentio in Privileg. Civit. Elbing. An. 1246. concessio inter testes. Item in pactis Pruthenorum auctoritate Pontificii Legato Jacobi publicatis An. 1249. *Dn. Zamelius.* CAP.